1441 in Junio 22/6 ex Arch. Calvi Montis

104

Nos Petrus de Wehmunthow Judex et Joannes de Slawe
szowiczo Subjudex Terræ Sandomiriens. Generales Significamus
tam præsentibus quam futuris, quibus expedit universis
præsentium per tenorem. Quomodo Nobilis Bartholomeus
de Bielow Heres coram judicio terrestri Comparendo perso
naliter sanus mente pariter et corpore existens animo suo de
liberato, et mera voluntate recognovit vendidisse villam suã
dictam Bielow cum omni jure et Dominio cum omnibus singu
lis utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, Agris, campis, pra
tis pascuis sylvis borris, mellificiis, nemoribus, rubetis, mericis, ru
betis, sylvis piscinis, Piscuriis, Molendinis aquis et earum
decursibus, et cum universis pertinentiis quibuscunque dicunt
Nominibus uti ad prædictam villam Bjelow pertinent et
spectant, et cum isto toto quod emerat apud Joannem fili
astrum suum de Bosthow Heredem juxta Literas sibi inscri
ptas, et cum aliis omnibus utilitatibus quibuscunque dicunt
nominibus, sicut solus habuit et possedit, nihil pro se nec pro
sua legitima posteritate, juris et Dominii in eadem villa seu
Hereditate Bielow penitus excipiendo, veluti etiam ipsa
Hereditas. Bielow in suis signis metis et granitus longe lateque
ac circumferentialiter ab aliis Hereditatibus est distincta et
lineata. Venerabili et Religiosis Viris Dnis videlicet Mathiæ
Abbati et ejus Conventui Monasterii Sanctæ crucis in Calvo
monte pro septingentis seu septem centum marcis pecu
niar. medior. grossor. monetæ et numeri Polonicalis. videlicet
Quadraginta octo grossos in quamlibet in quamlibet marcã
computando rite et laudabiliter præfecto Monasterio Sanctæ
Crucis resignavit perpetualiter et æternum, Et debet idem
Bartholomeus Dños seu Monasterium prædictum pro eadẽ
villa intercedere et tueri a qua libet persona juxta juris formã
secundum quod ad quam personam pertinet pro præsen
ptio Et Dna Helena Consors ejusdem Bartholomei recepit
ibidem a suo jure Dotis et Dotalitii quodcunque ibidem haberet
Et nunc in eadem Villam dedit ipsis Dnis realem informatio
nem. Harum quibus in testimonium literarum sigilla nostra
præsentibus sunt appensa Actũ et Datũ in Opathow Feria
Quinta in Octava Corporis Christi Aõ Dni Millesimo Quadrin
gentesimo

gentesimo quadragesimo primo. Presentibus his Dnis videlicet Dobieslao de Zolcice, Pincerna Cracoviensi, Joanne de Ostrow Joanne de Grodzecz, Derslao de Lopathno Derslao de Woyno wice, Petro de Sythowice Testibus ad premissa ac aliis mul tis fide dignis scripta per Stanislaum protunc notarium.